

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iniuria s
cum fontibus proximo et primis

Vindicatio est per quam vis aut iniuria,
et omnino quicquid obscurum aut ignominiosum est,
defendendo aut ulciscendo propulsatur.

Tullius ibidem (in sua rethorica).

Hoc autem pertinet ad vindicationem:
dicit enim Tullius, in *sua Rhetorica*,
quod vindicatio est per quam vis aut iniuria,
et omnino quicquid obscurum est, idest ignominiosum,
defendendo aut ulciscendo propulsatur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 108.2 (P. Caramello ed., p.508).

religio est, quae superioris cuiusdam naturae,
quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert;
pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque
benivolum officium et diligens tribuitur cultus;
gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius
memoria et remunerandi voluntas continetur;
vindicatio, per quam vis aut iniuria
et omnino omne, quod obfuturum est,
defendendo aut ulciscendo propulsatur;
observantia, per quam homines aliqua dignitate
antecedentes cultu quodam et honore dignantur;
veritas, per quam inmutata ea,
quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Marcus Tullius Cicero, *Rhetorici libri duo de
inventione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148, ll.11-22).